5

S. P. Innueram nuperis tibi ut posceres exemplar miscellaneorum meorum ad revidendum, et nonnullaque in secundam partem addendum. Id jam expediunt hae vicariae literae, quae te orant interpretem huius reipsa esse. Simul investigare per has easdem volui, si fieri posset, ut Hanoviae maturius quam nuper indicatum imprimatur. Memini enim me ex Jungermanno audire hospitem ipsius duo prela instruxisse, et vacare ad haec eadem nuper. monuit me Gruterus. Scis non esse tantum volumen et posse non longo tempore absolvi. Id si impetravero, amicum tantundem do meum esse exemplar ostendum. Sin, quod libet, secessus hos per mensem aut amplius exspectare. Hoc tamen exploratum optem, an paratus sit statim a nundinis facere uti mandant. Nam si demum lactandum ipsis tanto sit spacio, malim meum retinere et alterum ex illis facere quod in primis meis innuebam. Certe sunt causae cur festinem. Nec potest me tanti illa, quantulacunque sit, facere. Fidem testor! plures a te aut certe literis tuis aestimantur, quam ego umquam a quoquam fieri speravi. Nec tu ideo nescio quanti fecisti.

Da igitur, quaeso, hanc mihi operam, et fac tradantur ordinario tabellario. mihi hic cum illo convenit. Indica etiam quid facere paratus sit Egenolphus. Necesse vero est has proxima vice accipiam. id enim temporis licebit mihi nonnihil feriari, quod in futurum perditur.

Weingio de te et Kopfio scripsi. ille indubie te brevi suis literas salutabit, si id nondum fecit.

B. V. et fatigant te ignosce. XIV. Junij 609.

Justus Zinzerling.

1609

Nob et cl. viro
Melchiori Haiminsfeldio
Goldasto dnõ et
amico magno

[illegible]

Francfort.
In G. [illegible]
[illegible]